



**R.D. Iacobi Marchantii, Pastoris Et Decani Covviniensis  
SS. Theolog. Professoris, Rationale Evangelizantium**

**Marchantius, Jacobus**

**Coloniae Agrippinae, 1661**

Eadem Dom. Lect. 28. bipar. Secundum est simile huic: Diliges proximum tuum, &c. 1. pars declarat quomodo hoc præceptum sit simile primo . 2. quid à nobis requirat dilectio vera proximi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56372](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-56372)

culo Ecclesiam amoris divini luce admirabiliter & flamma inexplicabili illustravit. Ita in Deum perfecta totus cordis dilectione ferebatur, ut affereret se male in inferno esse sine peccato veniali quam in Paradiso cum unico veniali Rationem hanc subiectebat. Quia sola reflexio ad hanc imperfectionem Amori meo Aeterno ingratam, mihi quidam foret intolerabilis infernos. Vnde & pro clavigo sibi familiari astimebat vocem hanc Pueras. Quia volebat Amorem suum erga Deum ita purum esse, ut nihil terre, nihil mixtum haberet proprii interesse. Ea propter affereret se lubenter passum omnes poenias Purgacorii, omnesque poenas inferni, cum omnibus simul junctis poenis omnium martyrum pro amore Dei, si eis accederet voluntas. Optabat sibi ferventissimum desiderio omnia corda omnium hominum, omnes voluntates Angelorum, omnem amorem omnium Beatorum & Electorum, ut huc omnia simul amore juncta posset divino sacrificare Amori in holocaustum perfecti amoris. Denique, decem annis continuo passa est indicibile martyrii interitus in anima & omnibus anima potentiis, ut ipsam afferret, quia vim & imperium amoris penetrans usque ad medullas & compages, usque ad divisionem animae experibatur. Vnde dicere solita erat: *Corpus quidem meum consuus afficitur martyrio, sed longe alio martyrio afficitur anima mea, nec pro toto Paradiſo carere vellim unco grano hisus supplicio, quia sic vult amor.* Hunc amorem non satis potens explicare, vocabat modo Amorem vulnerantem, modo Amorem crucifigentem, modo Amorem mortificantem, & omnes passiones interimentem, modo Amorem omnipotentem & desificantem, elevantem animam super omnem creaturam. Certe adeo sublimiter de divino amore dixerit, ut vix puer ullius intelligat, nisi qui didicerit idioma amoris.

Vide eius  
vitam.

Cordu-  
s.

**T**U, Domine, qui jubes te amari a nobis corde, tota anima, tota mente, da quod iubes, quia tu fones es & origo omnis amoris. Tu Charitas es, Deus meus, Charitas quidem per essentiam, Charitatem infundens cordibus nostris per participationem virtutis Spiritus Sancti. Da igitur nobis gratiam te a mandi, te redemandi, qui prior dilexit nos, & quidem immortales, inter omnes. Da ut properet te ad amemus, quia supra bonitas es & pulchritudo, suprema sapientia & potentia, suprema gloria & perfectio, amabilis in se, amabilis per se, amabilis per omnia. Fas ut non patim amemus te, sed ex toto corde & tota anima, nullam partem amoris dameni aut peccato communicantes, ut possideas totum cor nostrum, & nos illud in te possideamus, possimusque in veritate tibi illud dicere. *Tu es Dens cordis mei,*

& pars mea Deus in aeternum.

Rational. Evang.

EADEM DOMINICA.  
Diliges proximum tuum sicut teipsum.

Math. 22.

LECT. 28.  
bipar-  
tita.

PARS I.  
Cur hoc  
praeceptum  
simile  
prime.

R. 4.

**M**entis pronuntiat Dominus secundum istud mandatum esse alteri simile. Primo quidem, quia est mandatum ejusdem virtutis, ejusdem scilicet charitatis: nec enim alia charitas est quae diligit Deum, alia quae diligit proximum, sed una & eadem diligit Deum propter se, & proximum propter Deum. Unica enim est charitas, sicut una est fides, & una spes. Habet ergo charitas duo precepta, quasi duos pedes, quibus ad Deum currit, ut loquitur S. Augustinus in Psal. 37, ubi ait:

*Pedes tuoi una charitas est. Duo habet pedes, noli esse claudus. Qui sunt duo pedes? Duo precepta dilectionis Dei & proximi. Ipsi pedibus curve ad Deum.* Imò quia non solum ambulat, sed etiam quadam ratione volat anima diligens, haec sunt duas alas, quibus celeriter fertur & securissime in celum, haec sunt due pennae columbae in Deum volanties. Pennæ charitatis Dei planæ aureæ sunt, pennæ quas subministrat charitas proximi, quasi deambulatoriae sunt. Denique, duo precepta charitatis sunt velut duo brachia, dextrum finistrumque quibus strictissime sibi conjugit & complebitur anima Deum suum: ut sicut sponsa de Sponso coelecta, sic & sponsus de dilecta sua dicere valeat: *La-  
cans. 2.  
vata est sub capite meo, et dextera illius aplocaebatur me.* *Ep. 8.  
R. 2.*

Secundo, propterea dicitur hoc mandatum simile primo, inquit S. Chrysostom. hom. 72. in Matth. quoniam hoc illud inducit, & ab illo rursus munitor & perficitur. Dilectio nempe Dei inducit dilectionem proximi, estque illius causa & origo. Item dilectionis Dei praeceptum munitor & perficitur per praeceptum de diligendo proximo, quia, ut dicit S. Augustinus tract. 17. in Ioan. *Dilectio Dei prius & ordine praecepit: Neque enim quis praecepit tibi dilectionem illam in duobus praecepit, prius tibi commendaret proximum, & postea Deum, sed primum Deum, postea proximum.* Tu autem, quia Deum nominum vides, diligendo proximum promovere quem viaes, & purgus oculum ad intendendum Deum, dicens S. Ioanne: *Qui non diligit fratrem suum quem videt, Deum quem non videt, quomodo potest diligere?* Hac ille, itaque inchoatio charitatis, in Dei dilectione est; perfectio charitatis per dilectionem proximi acquiritur. Similia ergo sunt praecepta, & se se mutuo adjuvant: nam ignis amoris divini ad proximum amandum cor accendit, amor quoque proximi hunc ignem foveat & adauget. Hic etsi spiritus duplex sit, quem & hunc cum ejus pallio in gradu perfectio participavit, spiritus felicis dilectionis Dei ignis, & spiritus dilectionis proximi perfectio, sive spiritus zeli ardoris salutis proximi.

*Tertio, hoc mandatum dicitur simile primo,*

YYYY tum

R. 3.



tum quia ei cognatum est, tum quia utrumque ad saltem est necessarium, & in utroque pendent lex & Propheta; ut antea dictum est. Hi ergo sunt populi, in quibus volunt debet tota vita Christiana, ut sit perfecta. Haec sunt duo fundamenta ecclesiæ ædificii in cœlum pertinens, five duas columnas quibus tota structura incumbit. Haec sunt duo fulcri Ecclesie, quibus infalibiliter ascenditur in Paradisum, quibus etiam alii gradus virtutum conatur.

**Cur mandatum novum diligere proximum?**

R. 1.

Porrè Christus præceptum hoc dilectionis proximi vocat **Mandatum novum**, licet verus sit, datum non solum Iudeis in veteri Testamento, immo & Ade & omnibus hominibus in lege naturæ, sed ideo Mandatum novum vocat, quia iam antiquum vitio corruptæ naturæ ipse rediobabat, & in memoriam revocabat: eratque novi Testamento præceptum (quod est Testamentum amoris) præceptum certè, arcteque commandandum à Legislatori Christo Domino. Quapropter verbis & exemplis illud inculcabit monens, & in cordibus discipulorum renovabat. item novum vocat, quia mox novum datus erat gratiam Spiritus Sancti ad illum perfecte adimplendum, & per hos mandatum vocebat facere novos homines & celestes exuta terrestri vetutate. Audi S. Bernardum ser. 5. in Cena Domini. **Mandatum novum do vobis. Vnde novum? Quia vetera ad novitatem perdunt, & veteres homines transformat in juvenes. Novum, quia exire veterem hominem, & indui novum, qui secundum Deum creatus est in sanctitate & iustitia vestris. Novum, quia olim genus humanum a父 Gandhi expulsum, nunc & quotidie transmisit in cœlum. In eudem sensu hoc explicat S. Augustinus in Ioan. ubi sic habet: An ideo est mandatum novum, quia exuto veteri homine induit nos hominem novum? innovus quippe audientem non omnis, sed ipsa dilecti quam Dominus mandat, & ut à carnali dilectione eas distingueret, addidit: Sic ut dicitur vos Dilectio ista non inveniat, ut simus homines novi, hancies Testamentum novi, cautoles canentes novi, facit etiæ populum novum. Hæc ille. Addit novum dici potest ratione novi modi, quo volunt Dominus ut invicem diligamus. Quis novus illus modus? Diligite, sicut dixi, vos, inquit Dominus? Ergo dilectio proximi non normam esse dober & exemplar Christi, & sic nova mandatumque eius haec ratione novum, quia Christus nos nova & inaudita dilectione dilexit, quam debemus imitari. Debet dilectio Christiana, ut sit ad exemplum Christi, et cum fervore & promptitudine ac fortitudine erga omnes etiam inimicos, ad fundendum etiam fangum pro salute proximi para, & ad vitam pro illo ponendam.**

**Qualis dilectio primoru Christianorum novum fuerit.**

Talis fuit primorum Christianorum dilectio, de quibus dicitur: **Multis admissis credentibus erat cor unum & anima una.** Et communis Gentilium de Christianis vox erat. **Vide ut se invicem diligant, ut alius pro altero moripaventur sibi?** Christiani ita ani-

mis & sensibus erant concordes, ac si omnes unum idemque cor habuissent ac animam unam, quia per charitatem perfectam perfecta inter eos vivebat amicitia, que in æqualitate & concordia animorum constituit. Deinde, quia omnes Christiani induerunt, in eo summè erant uniti, omnesque possebantur & regebantur ab eodem Spiritu Sancto, quem à Parre poposcerat prois Christus: **Pater sancti, serua eos nomine tuo, quos desiderabitis, ut Ioh. 17. fini unum, sicut & nos unus sumus;** ut sint unum sic: voluntate, sicut nos unus sumus essentia & æqualitate. Denique, omnes fatigabant Dei voluntatem cognoscere & adimplere, Dei autem voluntas una est, unius etiam inter se eos, qui querunt adimplere; sic nihil inter illos nisi admirabilis concordia. & nova charitas, novusque amor cerebatur, ut merito dixerit Dominus: **Mandatum novum dabo vobis, ut diligatis invicem.**

Quapropter ex dictis multiplex dari potest curatio, cui homo ad dilectionem proximi in hoc precepto sibi commendataam, tenetur.

Prima est, quod proximus sit **imago ipsius Dei** R. 1. si ergo Deus diligimus, ejus quoque vivam imaginem ad ipso formatam, propriez manibus delineatam diligere nos convenit, & dilectionem in Deum referre. Qui enim Regem honorat, ubiunque etiam eius contuetus imaginem, illam honoret, & in Regem referit honorem imagini Regis imperium.

Secunda est, quia proximus secum est membrum ejusdem corporis mystici. Hac ratione frequenter utitur Apostolus, ut ostendat quam firma esse debet in nobis unio charitatis. **Vnde aperte dicit: Rom. 12. Multum unum corpus sumus in Christo, singuli autem alterius membra.** Et exinde refert: **Pro invicem sollicita sunt membra, si quid patitur unum membrum, compatiscentur & cetera, sive gloriasur unum membrum, congaudent omnia membra.** Sic ergo inter nos debet esse summa concordia & communictatio, mutuoq; debemus subire vice, sicut membra membris.

Quarta est, quia proximus noster frater est. Eundem nominat Patrem in cœlis, eandem Matrem in terris, eodem est utero spirituali progenitus, eadem celesti almonia educatus, eodem spiritu replicatus, ad ejusdem hereditatis consortium vocatus, eodem fanguine confociatus. Vnde dicit S. Augustinus fer. 27. de verbis Apol. 10: **Melior est fraternitate sanguinis, Christi fraternitas, quoniam illa sibi interdum nimica est: Christi autem fraternitas sine intermissione pacifica est.** Itaque merito ut fratres nos diligere invicem tenemur, quomodo etiam

**Cur proximus diligendus est.**

R. 2.

R. 3.

R. 4.

R. 5.

R. 6.

R. 7.

R. 8.

R. 9.

R. 10.

R. 11.

R. 12.

R. 13.

R. 14.

R. 15.

R. 16.

R. 17.

R. 18.

R. 19.

R. 20.

R. 21.

R. 22.

R. 23.

R. 24.

R. 25.

R. 26.

R. 27.

R. 28.

R. 29.

R. 30.

R. 31.

R. 32.

R. 33.

R. 34.

R. 35.

R. 36.

R. 37.

R. 38.

R. 39.

R. 40.

R. 41.

R. 42.

R. 43.

R. 44.

R. 45.

R. 46.

R. 47.

R. 48.

R. 49.

R. 50.

R. 51.

R. 52.

R. 53.

R. 54.

R. 55.

R. 56.

R. 57.

R. 58.

R. 59.

R. 60.

R. 61.

R. 62.

R. 63.

R. 64.

R. 65.

R. 66.

R. 67.

R. 68.

R. 69.

R. 70.

R. 71.

R. 72.

R. 73.

R. 74.

R. 75.

R. 76.

R. 77.

R. 78.

R. 79.

R. 80.

R. 81.

R. 82.

R. 83.

R. 84.

R. 85.

R. 86.

R. 87.

R. 88.

R. 89.

R. 90.

R. 91.

R. 92.

R. 93.

R. 94.

R. 95.

R. 96.

R. 97.

R. 98.

R. 99.

R. 100.

R. 101.

R. 102.

R. 103.

R. 104.

R. 105.

R. 106.

R. 107.

R. 108.

R. 109.

R. 110.

R. 111.

R. 112.

R. 113.

R. 114.

R. 115.

R. 116.

R. 117.

R. 118.

R. 119.

R. 120.

R. 121.

R. 122.

R. 123.

R. 124.

R. 125.

R. 126.

R. 127.

R. 128.

R. 129.

R. 130.

R. 131.

R. 132.

R. 133.

R. 134.

R. 135.

R. 136.

R. 137.

R. 138.

R. 139.

R. 140.

R. 141.

R. 142.

R. 143.

R. 144.

R. 145.

R. 146.

R. 147.

R. 148.

R. 149.

R. 150.

R. 151.

R. 152.

R. 153.

R. 154.

R. 155.

R. 156.

R. 157.

R. 158.

R. 159.

R. 160.

R. 161.

R. 162.

R. 163.

R. 164.

R. 165.

R. 166.

R. 167.

R. 168.

R. 169.

R. 170.

R. 171.

R. 172.

R. 173.

R. 174.

R. 175.

R. 176.

R. 177.

R. 178.

R. 179.

R. 180.

R. 181.

R. 182.

R. 183.

R. 184.

R. 185.

R. 186.

R. 187.

R. 188.

R. 189.

R. 190.

R. 191.

R. 192.

R. 193.

R. 194.

R. 195.

R. 196.

R. 197.

R. 198.

R. 199.

R. 200.

R. 201.

R. 202.

R. 203.

R. 204.

R. 205.

R. 206.

R. 207.

R. 208.

R. 209.

R. 210.

R. 211.

R. 212.

R. 213.

R. 214.

R. 215.

R. 216.

R. 217.

R. 218.

R. 219.

R. 220.

R. 221.

R. 222.

R. 223.

R. 224.

R. 225.

R

*Ad 2.* iam initio sece vocabant Christiani, ad quos sermonem habens Petrus sic inchoat: *Veritas vestrae.* Nenpe sicut fratribus communis sunt parentes, uteris, sanguis, ortus, educatio domus, genitus clara, res familiaris, patrimonium, disciplina, mores, sic haec ipsa omnia in Christianis reperuntur communia. *Quod aperiitissime patitur in primiis, ut dictum est ante.*

*Pars II.* *Dilectio proximi*  
*Quid à nobis re-*  
*quirit?* **V**idendum nunc & explicandum, quid proximo quis debet gerere, & quomodo ergo eum se debet gerere, ut censeatur ipsum sincere diligere. Ac in primis ad verendum, quod Dominus, cum a nobis angorem exigit, nostri ipsius amorem constituit tanquam exemplar amoris proximi; et enim amor nostrus sit grandis & potens, fortis & indolubilis, immo si maximum indulgens & blandus; sic etiam vult a vobis proximum esse potentem & fortis, indulgentem & perpetuum, cum magna quoque benignitate & indulgentia conjunctum. Atque ita generaliter loquendo, non est aliud dicere. Dilige proximum sicut te ipsum, quam dicere. Attente ad te ipsum, attendit quantum te, ames, quantum tibi indulges, quantum te suppones, quantum excuses, quantum bonum tibi velis; hoc exemplar amoris, hinc modus dilectionis tibi in dilectione proponitur imitandus, ut sicut bene tibi esse cupis & benefacis, aliquo istidem tibi benefacere peroptas, ita etiam erga proximum tuum tegeras. Hoc nempe est diligere cum sicut diligis te ipsum. Deinde advertendum est, cum nostri dilectionem hic proponit Dominus ad imitationem, intelligi id de dilectione nostrae recte & iusta, quam etiam charitatis est dilectio, de qua S. Augustinus lib. de Doctr. Christi cap. 14. & 26. Cum quatuor fons diligenda, unum quod fabra nos est, id est Deus, alterum quod nos sumus, tertium quo iustitia nos est, ad est proximus quatuor quod infra nos est, id est corpus; de secundo in quaero nulla praecepta donata erant, quia quod nos sumus, Et quod infra nos est, ad nos tam perstinet, incorrupta natura lege diligimus. At dendum, ut haec dilectio reguletur a Charitate, & in Deum, ac in finem superternaturalis ordinetur. Etenim etiam potest facili esse prava, & curva, & immoderata dilectio iuri. Sic qui carni indugeri, gula, rapina, avaritia libidinique voluptuose, prave se diligit; nec sic proximum etiam debet diligere: etenim hoc potius odium est, quam dilectio. Unde audiant tales Scriptura dicentem:

*Qui diligit iniquitatem, odit animam suam.*

Ceterum in particulari ut explicetur quid proximo sit exhibendum ad dilectionem perfectam, dici potest illam tribus adimpleri; scilicet. 1. diligatur corde, 2. diligatur verbo, 3. diligatur opere. Hoc videtur infinitate S. Iohannes duxi dicit: *Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate, hoc est, diligamus non solum lingua, sed etiam veritate & sinceritate cordis, atque etiam exhibitione operis.*

Primo requiritur dilectio cordis. *Hoc est dilectio.* Corde vera, que in corde fedem habet, & ex corde dilectio procedit, nec est ficta, sed est sincera: & cum non re- exte ius non inventi benefaciendi proximo faciliter. *qui rem.*

Sic corde diligit proximum, qui affectu fincero ejus bonus congauderet, ejusque malis compatiatur & indoleat. Sicut ergo sequitur dolor, si tibi malum accidit; & gaudium, si tibi bonum obigit, & id quidem ob dilectionem tui: ita si proximum diligis sicut te ipsum, ob mala ejus dolore te oportet, & ob bona ejus congaudere. Litteratur enim charitas de alieno bono sicut de suo, proferim de profectu ejus spirituali, ac etiam de temporali, quatenus ejus non est contrarius salutis. Condollet quoque in malis quasi sibi reputans, principaliter in malis spiritualibus, sive cupis, sive peccatis, atque etiam in temporalibus malis secundario, quod potest illa cupiens amohiri. Itaque unsiquidque debet aliter sincerum affectum & amorem, & quidem benevolentie; non enim sufficit amare a amore concupiscentiae, quod sit, quando si optamus bonum proprium nostrum commodum. Tunc enim non tam eum diligimus, quam nos ipsos & nostram utilitatem: ergo necessarius est amor amicitiae, ut loquuntur Theologi, ut scilicet velimus proximo bonum propter ipsum proximi utilitatem, & ita quidem primaria gratiam & gloriam optamus, sive bonum exterum simpliciter, deinde reliqua in ordine ad illud. Vis videre hunc sincerum effectum sinceramente dilectionem? Rex Agricola dicebat S. Paulus: *In modo quader me fieri Christianum; audi, quid responderem: Opto apud Deum, & in medice. & in yugno, non tantum te, sed & omnes qui audire, hoio fieri tales, quales & ego, exceptis vinculis his.* Sic diligebat Paulus eos, sicut seipsum, ipsius omnem felicitatis forem ex animo optans. Optatus plenum charitatis! Hinc & alibi dicit: *Cor nostrum dilatatum est, non angusti- mini in nobis.* Quia nimis amplissimo cor dis siu omnes complecti in Christo Iesu avebat, nec cor eius ita angustum erat, ut folias caperet confangueos. Et contra cor invidi alterius rebus marceret opimis: & eo utique nonnumquam in predicto, ut etiam fraterne gratiae inveniat, quod est peccatum contra Spiritum Sanctum. Sic & cor homini perverbi alterum odientis, si malum non intentat, exterior interius tamen optat, & dum obtingit, exultat, quod dico ete adversatur hic precepto cordis dilectioni. Unde lob, ut ostenderet dilectionem proximi semper in corde suo suisse, dicit: *Sicut visum sum ad ruinam eis usque derai me, & exiliari quod eum inveneri in illud.* Quasi Condonen- dicit: Si ita est, Deus non habeat partem me cum, nec Altissimus mihi ignorat. Quo modo con dolore debeamus peccantibus, ex charitatis affectu intimo, declarat S. Ambrosius, lib. 2. de Peccati, cap. 8. ubi sicut: *Scriptum est: Non gaudi- abitis super filios iudea in die perituentis eorum;* & v. 12.

*Yyyy 2 ne ma-*

*Ad 26.*

*2. Cor. 6.*

*lob. 3.*  
*Condonen-*  
*dum pec-*  
*cantibus,*  
*non con-*  
*gandensis.*

*Abbas*  
*v. 12.*

Gen. 38.

*ne magna loquaris in die tribulationis eorum. Quo-  
i etiū que peccatum alieū lapī exponit,  
compaciāt, ne superē increpem, sed legēam & de-  
fleam, ut dum alium fleo, meipsum defleam, di-  
cens. Iustificata est magis Thamar quam ego.*

Forte adolescentula iapī sic, occasionibus, que  
delictorum somnus sunt, decepta & præcipitata.  
Peccamus & scindentes. Repugnat in nobis lex carnis  
legi mentis & captivos nos trahit in peccatum illi  
de extate stuprari exculpat, multi jam nulla. Illa  
etiam debet dicere, nos docere. Ego iustificata est  
magis Thamar quam ego.

Incautus aliquius avaritiam, recordemur si mihi  
avare fecimus. & si fecimus quoniam radix est  
malorum avaritiae, & tamquam sub terra occulta in  
nostrō sepit corpore, dicamus singuli: *Iustificata  
est magis Thamar quam ego.*

Si commoti fuerimus in quemquam graviter,  
leviori causa habet laicus, quam Sacerdos, eo  
quod commotus erit aliud: retrahemus no-  
buscum, & dicamus: *Iustificata est magis Thamar,  
quam ego: jūstificata est magis iste, qui com-  
mota arguitur, quam ego.*

Hec si dicamus nobis cavernus ne dicat nobis  
Dominus Iesus: *Festinam in oculo fratris sui  
vides, traham autem, qui in oculi lo suo est non vides.*

Non ergo erubescamus graviorē dicere culpam  
nostram, quam eis quem argendum putamus,  
sicut dicit Iudas recordatus culpis sue: *Iustifica-  
ta est magis Thamar, quam ego.*

Non ergo gaudeamus super aliquius peccato, sed magis lugeamus, quia  
scriptum est: *Ne gaudeas, nimica mea, super me,  
quia cecidi, sed resurgam, quoniam si seiseris in tene-  
bris, Dominus illuminabit me. Iras Domini fuisse  
me, quia peccavi si donec iustificet causam meam,* &  
*facias iudicium meum, & educat me ad lumen, &  
videbo iustitiam eius, & ridebis inimica mea, &  
super eis confusione, que dicit ad me: Vbi est Domi-  
nus tuus? Oculi mei videbunt eam, & erit in  
conculcationem sicut lumen in via. Nec immerito,  
quoniam qui lapī alieno gaudent, gaudent de dia-  
boli victoria. Et ideo doleamus magis cum audi-  
mus perire hominem, pro quo Christus mortuus  
est, qui nec in messe stipulam neglegit. Hactenus  
& Ambrosius, in eius etiam vita referunt, tanto cum  
erga proximos charitatis affectu flagrante, ut cum  
accidenter culpas suas confessione expiatu, fles-  
ser amare super eos esse intima & vicinaria compas-  
sione; sicut etiam eos ad interiorē dolorem  
& exteriorē gemitum, super peccatis addue-  
bat.*

Secundō requiritur dilectio oris, quia quando-  
que tenetur verbis & signis testari hunc affectum:  
financiarum benevolentia & dilectionis. Sie cum  
Edadi & Melidad prophetarē in populo, idque  
argē feret Iosue, quasi id foret in prædictum  
gloria Moysis Respondebat Moyses: *Quid emularis  
pro me? Quid das tu omnes prophetas? Sic loquitur, ut  
affendat se non tantum non invidere, sed etiam*

congratulari his, qui spiritum prophetarē partici-  
pant, idque ex vera & sincera charitate.

Similiter cum David jactatus foret persecuto-  
re, sic congratulans Ionathas filius Regis eum al-  
loquitur: *Tu regnabis super Israel, & ego ero ibi so-  
carius.* O virum expertem, invidix qui quod vide-  
batur suum, malum esse alienum! Vir regi femi-  
nis, cui ex successione sperabatur hereditas, cui  
spem auxerant culmina potundi, genos, virtus,  
militum gratia, plebis favor, & fama triumphi,  
quo uno tantum menitus come hoffiles cuneos  
invaderat & supererat, infra servum se deiciens.  
Ergo, inquit, secundus post te. Quis haec de useno  
Fratre sine invidia cogitaret? Quis amici cauta ran-  
tam spem in deoperationem adduceret? Filiī Ia-  
cob paternae gratiae, quia unus ex eis diuicius fove-  
batur, invidentes, ferritum fratri, summan Pa-  
tri invenient trifitum. Sapientia Salomon fratrem  
æmulum regna accepta quilibet occasione delevit.  
At Ionathas Davidem in adversis consolans, com-  
patiens, congratulans, eum sibi praefecti in regno  
gaudent, & dicit: *Tu eris Rex, & ego secundus.* O pe-  
catus plenum charitatis!

Quandoque ergo tenemus congratulari exter-  
ius verbis charitatem teatibus in proximi-  
bus & solarium eidem afferre in adversis. Teneremus  
eum cum itavimus affari, aut mitigare blandi-  
quentia, aut etiam instruere cum opus est; que omnia  
sunt oris officia, & dilectionis testificationes. Imo tenemus, si nos offendit, & culpam paratus  
sit agnoscere, ei significare nos ex animo condona-  
re, & remittere offensam. Et si præoccupatus fuerit Gal. 6.  
in aliquo delicto, obligamur in spiritu lenitatis in-  
struere, hoc est, in spiritu charitatis, supportando  
imperfectiones & infirmitates, quoad potest fieri  
sine felle. Cum enim in hominibus multa ignoran-  
tia, infirmitas, fragilitas, imperfectione soleat occur-  
re; necesse est offendicula, vel alia gravamina  
forti charitare tolerare, errantesque non laviendo,  
sed cum manuetudine admonere; & hoc est le-  
gem Christi, & legem charitatis adimplere. Hoc  
iterum est, quod monet Apostolus: *Induite vos sic  
in electi Dei, sancti & electi, viscera misericordia, be-  
nignitatem, humilitatem, patientiam, & portantes  
in vicem. & donantes vobismetisipso, si quis adverua  
aliquem habet querelam. Quasi dicat: Vos Christia-  
ni, qui etsi electi Dei per eternam Prædestinatio-  
& sancti per aperitionem Sanguinis Iesu &  
dilecti per gratiam iustificationis, induite viscera-  
lem commiserationem, animique dulcedinem,  
cum patientia, cum iuvitate, mansas offensiones re-  
mittentes. & verbis charitatis id ipsum testantes.*  
Huic præcepta dilectionis adversari, qui sicut  
fratres Ioseph, nesciunt alii quicquam parvificare Gen. 37.  
qui: & licet corde odium non gerant, tamen verbis  
amoris favunt, non verbis amoris leniunt exalte-  
ratos.

Tertiō requiritur dilectio operis. Non enim suf- 3. Operis  
ficit effectu, & suam sermonem dilectionem exhibe-  
bere,

bere, sed etiam necesse est ad effectum eam deducere, ubi locus & tempus requiri. Alioquin contetur dicta dilectione, nisi in beneficentiam transacta tunc benevolentia. Hoc voluit S. Iacobus, dum dicit: *Sacerdos autem modi sunt, & inde genitivus quodammodo, dicunt autem aliquis ex verbis: ite impasse, calefacimini, & sicut armentum non dederis autem qua nece faria sunt, quid prodere?* Itud nem, & est diligere verbo & lingua, non opere & veritate. Unde hic locum habet illud vulgatum S. Gregorius: *Probatissime dilectionis exhibitus est operis.* Itaque si quis sub onere paupertatis jaceret non solum verbis, sed etiam elemosynis est juvandus. Si sub onere aegritudinis, quod fieri potest est sublevandus. Si sub onere peccati, debet omni medio ei operem exhibere conuagam. Sic adimpleretur lex Christi, alter alterius onera dum portant non solum verbis, sed etiam quibus potest humeris. Sic opere & veritate, si patitur unum membrum, compatiuntur & reliqua. Si pedi figurit spina, non solum corporis sentit condolendo, sed etiam caput se in cinis officium exhibendo, humeri se incurvant, oculi, voltus circumspiciunt, manus cooperatur ad extrahendum quod nocivum est; nullum non membrum operari & veritate juvare conatur infirmam etiam corpori partem, & commenstrum suum. Sic debet fieri in corpore Christi mystico, ut scilicet superiora membra inferiora haud dignificantur, sed se demittant, ut eis opitulentur, & in veritate succurrant.

Referunt S. Brigitta lib. 6.c. 30. Fratrem quemdam simplicem trienalium a gratitudine pede pretenciente afflatum fuisse, tandemque magna cum patientia obiisse, ita ut dicere Deo se etiam centum annis parvum esse dolorem illum indicibilem portare, si ei ita liberet. Exultans igitur media nocte in manibus Fratrum circumstantium reddidit spiritum. Sequenti Dominica S. Brigitta rapta in spiritu audiret hæc verba: *O filia, quia Domini & Magistri ad me venire nolam humiles, ideo colligo pauperes & idiotas in regnum celorum.* Dic quoque illi Fratris, quod est durante aegritudine in veritate fervoris, quod ob illud obsequium liberabitur a consensionibus. Et habebit fortitudinem ad spiritus calia, finemque gaudium. Et vigilabit in regno Lazarus. Ita habetur loco citato. Quapropter & hic quantum verum sit illud S. Chrysologus, patefcere potest: illud dabis Dominus fontem vita, qui de deris calicem aqua frigida.

*Vita span. dogue pro proximo off ponenda.* Postremo dicamus illuc quandoque debere pro gredi dilectionem, ut etiam quis animam suam pro proximo ponat hoc est, vitano suam. Quod quidem frequens fuit in primis Christianis, ut antea diximus; quia non solum mente runnabant, sed etiam opere adimpliebant, quod eis Dominus ad mortem pro nobis procedens dixerat: *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem secundum dilexi vos.* Majorem dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amissis suis. Cui confex-

miter dixit Apostolus Iohannes: *In hoc cognovimus charitatem Dei Quoniam ille animam suam pro I. Ioh. 3. 2. nobis posuit;* Et nos debemus pro fratribus animas ponere. Hoc in veritate praestabant illi fratres & perfecti imitatores Christi primigenii Christiani,

Audi admirable charitatis exemplum (quod à *Exempli* S. Ambrofio describitur lib. 2. de Virginibus) inter *memora-* Theodorum Virginem Christianam, & Didymum bilit. militem Christianum apud Antiochiam. Iustiterat tyranus, aut ut Virgo idolis sacrificaret, aut ut in lupanari profiteretur. Illa injuriam Christi recusans, doplexque protesta certamen, & religionis, & castitatis, ducitur ad locum insanem. Sed virgo profitari potest, adulterari non potest; mentem renet temper virginem, si non potest carnem; Virginisque coronam non amittit, si in vita violatur. Ingens ergo pecculantum fit concursus ad illum locum. Claditur intus columba strepunt fors accipites, certant singuli qui primus prædatum in vadat. At illa manibus in celum levatis, quasi veniflet ad domum orationis, non ad diversorum iibidinis, Christum sic alloquitur: *Tu qui domusisti Danielis virginis fœris leones, potes etiam domare hominum reges mortales.* Chaldaea roravat ignis. Iudeis se unda suscepit. Susanna ad supplicium genu flexit, & de aduleris triumphauit. Arvis dextera qua templi ini dominas violabat, nunc templum ipsius attractus nunc, ne patiaris inefsum, qui non pusillus es fortum. Benedicatur nunc nomen tuum, ut virgo aijcadam, que celis ad adulterium accessit. Vix compleverat precentem, & ecce quidam nobilis miles, juvenis & imberbis, locum ingreditur, trepidamque sic solatur: *No paves soror;* frater huc veni, servare animam non perdere. Quasi adulterum ingressus, si via martyris egrediar. Vestimenta mutomus. Conveniens mithra, & mea tibi, fedira aqua Christo. Tua vestimenta verum mislium facies, mea te virginem. Bene tu vesfieris: ego melius exuar. Sume habitum qui abscondas feminam; trade qui conserues martyrem. Induere chlamydem quo occulte membra virginis, serues pudorem. Sume pileum qui tegas crines, abscondas ora. Solem erubescere qui lupanar intraverint. Nos vereare ne quid perireat sacrificio, ego pro te hostiam Deo reddo. Sic certant in lupanari de martyrio miles & virgo, dissimile famæ inter se natura, sed Dei miseratione consimiles, ut implorant oraculum:

Ioh. 3.

*Tunc lupi & agni simul pacientur. Ecce Agna & lupus non solum paciuntur simili, sed etiam immolantur. Quid plura? Mutato habitu evolat puella de laquo, egreditur de lupanari virgo, sed Christi. Miles vero in habitu virginis deprehensus trahitur mox ad supplicium loco virginis. Illa vero ad supplicium locum currit, & nolens esse causa mortis ei qui ipsius tutatus erat pudicitiam, adiudicem, & proclamat se mortis ream non ipsum. Ille vero ait se sentientia iudicis damnatum, non ipsum. Cui ipsa. Non ego te meritis vadum elegi, sed prædam pueris: si sanguis expoficatur, fiduciosorem non desidero.*

Vyyy 3

habeo unde solvam, in me lata est iksafentia, qua pro me lata est Mortis uncoceo, ne moriar nocens; hodie autem rea ero tui fangui isti, aut martyri mihi. Sufficiunt membra morti, que non sufficiebant injurie. Ego in virgine vulnerilocus, qui non eras contumelias. Ego approbrium decinavi, non martyrum tibi cessi vestem, non profecionem mutavi. Sic diu certarunt. At Christo sic disponente ambo gloriosum martyrum subierunt, ut non separaret gladius Tyranni, quos junxerat amor Christi.

LECT. 29. DOMINICA XVIII. POST PENTECOST. tripartita.

*Ecce offerebam ei paralyticum, jacentem in lette, &c. Matt. 9.*

PARS I.  
De fide &  
charitate  
referentia  
D. mino  
paralyticum.  
Luc. 9.

**N**on sine mysterio precepit Dominus Apostolus, dum eos mittebat ad prædicationem Evangelii, ut si quis inventaret verbo Dei indignos, mos illos deferenter, exentesque foras decivit, excedente pulvrem de pedibus suis in seplimum supra illos. Voluit scilicet hoc exclusione pulvis significare se non solum frustra pro eius fabricatione iterque suscepisse, sed etiam ne quidem pulverem è terra eorum maledicta velle esse, aut illa in secum eis participare; ac insuper pulverem hunc in aere exensum contra ipsos testimoniare, & in celum vindictam clamare. Sic ipse Christus cùm regioni Gerasenorum transiens benedictionem impetrari paratus fore, cumque ibi curaseret duos demoniacos legione de monib[us] in porcos immisisti, mox discessit ab eis: quia uegeta multitudine regionis ut discederet, magis timens ob prædicionem porcorum au- gmentum danni temporalis, quām concupiscentia benedictionem salutis spiritualis. Plus ambant porcos, quām Christum. Noluit ergo ipsis inviti Christus remaneare, quia neminem ad latum vult cogere. Propterea, quāsi pulverem terre eorum in ipsos excutens, *Ascendit in nasiculam, & transfrons, & venit in civitatem Nazareth, & habitavit in civitate Capharnaum mirabiliter.* *Matth. 9.*

*Capharnaum mirabiliter.* *Matth. 9.*

**C**apharnaum mirabiliter. Hanc etiam multis miraculis honoravit tamquam Galilee Meropoli[m], fabrinatione paralyticorum, vocatione & conversione Matthayi, resuscitatione filiae Principis Synagogae five Archy[n]agogi, sanitate mulieris fluxum sanguinis patientis, ut plerique tradidunt interpres secundum ordinem narrationis Evangelii. Itaque Christus deferit deferentes se, deferit eos qui portos Deo praferunt, hoc est voluntatem luxuriantem, ventris ingluviem, pecuniam & lucrum, tenet non affetum; deferit eos qui factore pec-

cati deliciantur quasi odore suavi, sicut porci cano & iteriore. Querit autem quærentes sibi queritur verbum suum divinum honorantes, quæres multi erant in civitate Capharnaum, de quibus est illud: *Intrauit Capharnaum, & audiuit sibi Mat. 21, quod in domo esset, & convenirent multi, ita ut non caperet neque ad sonum, & loqueretur eis verbum.* Hoc est tanta erat multitudo ut non caperet eos domus, necllo ipsa quæ prope januam fuit, eos capere poterant. Hæc ergo populi istius devotionis eum allegerat in civitate, sicut & Gerasenorum indebet eum egredi fecerat ex ipsorum regione, quia noluit projecte margaritas ante portos, prout ipse prohibuerat. *Nolite fanum dare eam, neque mittatis margaritas vestras ante portos.* Sofficerat eis ostendile (dum dimisit demones in pororum gregem qui magno impetu se præcepimus dedit in mari abyssum) quod illi qui vitam imitantur porcorum, ventri dedit, luto immergit, factore delectati, cœlum numquam respicentes, coelestia non ruminantes p[ro]mia, nec supplicia, ad mortem solūm nutritiatur, ut tandem in profundum inferni pelagus & abyssum inextricabilem cum impetu ferantur. At illis qui de Galilæa erant, & ipsum cura avitatem expectabant, voluit offendere quod quærentes se quæcerere soleat, & curare eos à corporis & animi infirmitate, sicut dicitur. *Vtius Lue. 8. Domini erat ad sanandum eis.* Non solum ergo hunc paralyticum curavit, sed etiam alios ex castellis Galilæorum confluentes in Capharnaum, ut audirent verbum Domini. Hoc infinitus S. Lucas; meminerint autem Evangelistæ hujus paralyticorum in particulari, quia ignine omnipino fuit miratum.

Quapropter adverte hic licet, distingui posse Quadruplicis genesis homines. Quidam enim pliigentes neque sive sunt Christum, nec à Christo que-  
ris homines, sicut sunt: infideles scilicet infidelitatem, & caci-  
tate ignorantie perfidentes, qui non habuerunt finitio-  
speciale vocacionem ad fidem, nec Christum aut fidem ejus quæserant. Alii quæscit[ur] sunt à Christo, sed non responderunt, nec eum quæserunt, sed fuere rebiles lumini, rebiles vocatio-  
ni ad fidem, inter quos conferri possunt isti Ge-  
raseni rogantes ut dicideret ab eis Aliherò quæ-  
siverunt Dominum, & quæscit[ur] sunt à Domino. Sic multi accurrebant ut videarent & audirent eum, sicut dicitur in hoc Evangelio, & de Zacheo ali-  
bi specialiter legimus: *Quærebas videre Iesum Lue. 19. quis erit.* Aliud denique non quæserunt Dominum, & quærebantur à Domino; qualis fuit Matthæus in telonio. Nulli porro sunt qui quæserunt Do-  
minum, & non quæserunt ab illo, quia sine ejus præveniente gratia cum querere non pote-  
rant.

Paralyticus certè, de quo nostrum Evangelium, & portiores eius quæserunt Dominum, sed ab illo prius quæscit[ur]. Et quia paralyticus peccatis cor-  
poris